

Decimus

afferens uictoriae nuntias amicis mittebat: in eundem nidum remeantes illi uictoriae colore. Tradit & fabius pictor in analibus suis: cum obsideret praesidium Romanum a liguetinis hirundinem a pullis ad se cum epistola allatam: ut lino ad pedem eius alligato nodis significaret quoto die adueniente auxilio eruptio fieri deberet. Abeunt & merulae turdiq; & sturni simili modo in uicina. Sed in plumam non amittunt: nec occultant nisi spe cibi: quo hybernium pabulum petant. Itaque in germania hyeme maxime turdi cernunt. Vere turturum cultatur: pennasq; amittit. Abeunt & palumbes quo nam & in iis incertum. Sturnorum generi proprium cateruatim: uolare: & quodam pilae orbe circumagi omnibus in medium agmen tendentibus Volucrae soli hirundini flexuosi uolatus: uelox, celeritas: quibus ex causis neq; rapinae catcrarum alitum obnoxia est. Eadem demum sola auium non nisi in uolatu pascitur.

Quae auium perennes: quae semestres: quae trimestres.

Cap. xxv.

Quorum magna differentia auibus: Perennes ut columbae. Semestres ut hirundines. Trimestres ut turdi: & turtures: & quae cum foetum eduxere abeunt: ut galguli upupa.

De auibus mira.

Cap. xxvi.

Victores sunt oibus anis aduolare illi ex aethiopia aues: & confluere ad Menonis sepulchrum quas ob id menonidas uocant. Hoc idem quoto quoq; anno facere eas in aethiopia circa regionem Menonis exploratum sibi Cremutius tradit. Simili modo pugnant meleagrides in boeotia: aethiopia hoc est gallinae genus gibberum uariis spatium plumis: quae nouissima sunt peregrinatum auium in mensas receptae propter ingratum uirus. Verum meleagri tumulus nobiles eas fecit.

De auibus seleucidibus.

Cap. xxvii.

Gilbertum

Eleucides aues uocant: quae aduentum ab Ioue praecipibus impetrant casum montibus incolae fruges eorum locustis uastantibus. Nec unde ueniant: quouere abeant compertum: nunquam conspectis nisi cum praesidio eorum indiget.

De Ibi.

Cap. xxviii.

Nuocant & aegyptii ibes suas contra serpentium aduentum. Et cyrenaici Achorem deum muscarum multitudine pestilentiam afferente: quae protinus intereunt qui litatum est illi deo.

Quae aues in quibus locis non sunt: & quae mutant colorem & uocem & lusiniis. Ca. xxix.

Ed in secessu auium & nocturne paucis diebus latere tradunt. Quae genus in creta insula non est: & etiam si qua inuenta sit emoritur. Nam haec quoque mira naturae differentia. Alia aliis locis negat: tanquam genera frugum fruticumue: sic & animalium non nasci: translationibus inuenta mori. Mirum quidem est illud unius generis aliti aduertum. Quae nam est iis naturae inuidia: aut qui terrae dicati auibus termini? Rhodus aquilam non habet. Transpadana italia iuata alpes larium lacum appellat amoenum arbusculo agrum: ad quem ciconiae non transmeant. Sicuti nec octauium circa lapidem ab eo immensa alioquin finitimo insubrum tractu examina gracculorum monedularum: cui soli auis furacitas auri argentiq; praecipue mira est. Picus martius in tarantino agro negatur esse. Nuper & adhuc tamen rara ab apennino ad urbem uersus cerni coepere picarum genera: quae longa insignes cauda uariae appellantur. Proprium iis caluescere omnibus annis cum seritur rapa. Perdices non transuolant boeotiae fines in attica. Nec ulla auis in ponto insula in qua sepultus est Achilles infestat sacratam ei adde. In sidennata agro iuxta urbem ciconiae nec nidum faciunt. At in agrum uolaterranum palumbum uis e mari quotannis aduolat. Romae aedem Herculis foro boario nec muscae nec canes intrant. Multa praeterea similia: quae prudens subinde omitto in singulis generibus fastidio parcens. Quippe cum Theophrastus tradat inuestitias esse in asia etiam colubas: & pauones: & coruos: & in cyrenaica uocales ranas. Alia admiratio circa oscines: fere mutant colorem uocemq; tpe anni ac repente sunt aliae. Quod in grandiore alitum genere grues tamen. Ea enim senectute nigrescunt. Merula ex nigra rufescit. Canit aestate: hyeme balbutit: circa solstitium muta. Rostrum quoque anniculis in ebur transfiguratur duntaxat maribus. Turdis color aestate circa collum uarium: hyeme concolor. Lusiniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissione cantus: densante se frondum germine non in nouissimum digna miratu aue. Primum tanta uox tam paruo in corpusculo: tam pertinax spiritus. Deinde in una perfecta musicae scientia modulatus editur sonus & nunc continuo spiritu trahit in longum: nunc uariatur inflexo: nunc distinguitur conciso. copulae intorto: promittitur: renouatur: infuscatur ex inopinato. Interdum & se cum ipsa murmurat: plenus: grauis: acutus: creber: extentus: ubi uisum est uibras: summus medius: imus. Breuiterq; oia tam paruulis in faucibus: quae tot exquisitis tibiae tormetis ars hominum excogitauit. Ut non sit dubium hanc suauitatem praemonstratae efficaci auspicio: cum in ore stesichori cecinit infantis. At ne quis dubitet artes esse plures: singulis sunt cantus: & non idem omnibus: sed suos cuiq;. Certant inter se: palamq; animosa contentio est. Victa morte finit saepe uitam spiritu prius deficiente quam cantu. Meditant aliae iuniores: uersusq; quos imitentur accipiunt. Audit discipula intentione magna: & reddit: uicibusq; reticent. Intelligit emendatae correctio: & in docente quaedam reprehensio. Ergo seruorum illis pretia sunt & quidem ampliora quam quibus olim armigeri parabant. Candidam scio inconditam: alioquin quod est prope inuitatum uenisse: quae agrippinae Claudii principis coniugi dono daretur. Visum iam saepe ius